



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

131. Ne oblationes in domibus offerantur, & ne Missæ extra Ecclesiam
cantentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

82 R E G I N O N I S L I B . I .
eos , qui possunt , tamen fideles , monachos
maximè , & scientiam habere baptizandi ; &
si alicubi longius exierint , eucharistiam sem-
per secum habere debent.

De eadem re.

Burchard. lib.
4. c. 46.
Capitulare
Theodulfi
c. 17.

C X X I X . Perpendant Presbyteri quanti
discriminis sit animas innocentium per eorum
neglegentiam à regno Dei excludi . Si enim
gaudium est in cœlo super uno peccatore pœ-
nitentiam agente , quid putas , quanta ira & in-
dignatio super illum erit qui per suam negle-
gentiam januas paradisi innocentibus clausit ?
Et ideo Presbyteri summa diligentia caveant
ne animas , pro quibus sanguis Christi effusus
est , per suam incuriam à cœlesti beatitudine
separent . Sed si , quod absit , evenerit , gravi
pœnitentiæ luctu diebus vitæ suæ se submit-
tat per cuius evenerit neglectum .

De eadem re: *Vnde suprà.*

C X X X . Cujus parvulus in neglegentia si-
ne baptismo mortuus fuerit , tres annos pœni-
teat , primum ex his in pane & aqua .

Ne oblationes in domibus offerantur , & ne
Missæ extra Ecclesiam cantentur .

Ex Concilio Laodicensi.

Concil. Lao-
dic. c. 58.
Addit. III. c.
4. & 41.
Burchard. lib.
3. c. 60.

Burchard. lib.
3. c. 61.

C X X X I . Quòd non oporteat in domi-
bus oblationes celebrari ab Episcopis vel Pre-
sbyteris .

Vnde suprà.

CXXXII. Dicitum est nobis quòd quidam